

mittatis agendis gratis Constantinopolim: Hinc uero in ducatum resti-
 tuatis eius inimicum: At per deum immortalem: si quis est in nobis huma-
 nitatis sensus: pudor aliquando possit: qđ posse non uidetur gratia accepti
 beneficii. Sane ober sapio illius apocrisario: qui tot menses tāta cum fide &
 amore apud uos uersatus est: cupio intelligere: quo uultu: quo ore: consili-
 um uestrum probaturi estis. Mirari satis non possum quo pacto hec tot tā-
 taq; tum honoris dignitatisc; tum salutis libertatisc; pericula nō solū sub-
 ire: sed ne audire quidem possimus. Ire igitur in suffragium patres & quan-
 doquidem male Nicephori sedus successit: Pipinum sequimini. Nihil pro-
 fecto erit reliqui: nisi ut domi seditionibus concili: foris uero deserti ab eo a
 quo salutem accepistis inimici uestri iugum subire cogamini. Illud uero qđ
 in calce orationis adiecit de Beato fratre: omnino patres: nihil est: nisi credi-
 tis eo restituto: obelerium quieturum: & utriusq; amicos: nō de utriusq; fra-
 tris reditu: semper & per omne facinus molituros. Itaq; aut ambo uestra cū
 salute excludendi: aut ambo cū uestro excidio recipiendi. Mota uniuersa cō-
 cio est: predicare omnes nunq; sapientius: aut fortius senatorem locutum:
 bene ac feliciter semp omnia uenietis processura. Si multos eiusmodi ciues
 habeant. Maxime ppter ea que commemorauit picula: In que incidere nul-
 lo modo uellent. Quo autem pacto uitari possent non uidebant: si rediret
 in patriam obelerius. Alio deinde decreto paucis interiectis diebus relega-
 tus obelerius constantinopolim: Iaderam uero Beatus de quo metuebatur
 minus. Non defuerunt qui tradiderint Beatum nunq; ducatum deposuisse:
 in Riualtumq; transmigrasse a Metamauco una cum ceteris. Et septimo
 defunctum anno: qđ liquido falsum est. Nā sicuti de anno non ambigitur
 quo hec transmigratio facta: ita initio insequentis delectum primum ducē
 a plerisc; ex scriptoribus nostris memorię mandatū. Valentini iunioris for-
 tuna qualis extiterit: non satis comperio. Ducis deligendi dies quum adue-
 nisset: peractis solennibus sacrificiis qđ alii quoq; eum honorem appeterēt
 prestantes opibus & uirtute: Unus tamen eminebat inter alios. Is erat An-
 gelus particiacus qui pipini dissuaserat societatem. In eum omnes ordines
 oculos coniecerant. Itaq; summo omnium consensu a populo dux saluta-
 tus est. Angelus igitur primus hunc honorem in Riualto est cōsecutus an-
 no domini octingētesimo nono. Adiderunt preterea tribunos duos q iuxta
 ducem ciues criminalesq; causas iudicarent. Annuosq; constituerunt. Iuri-
 dicundo palacium locus delectus: ubi nunc est: & domicilium principis iux-
 ta cōstructum. Licet ex aliquarum edium uetustate: que quidem uetustas
 honorem quendam maioribus edificiis: & quasi uenerationem prestare so-
 let: nōnulli existiment duces ea tempestate priuatis ducatum edibus egisse.
 Qđ ipsa re secus appet: neq; preter uulgare opinionē qđ hēt auctoritatis:
 Sēp & n. duces iuxta Scti Marci edē forūq; & iudiciale & uenale hitauere:

*Angelus particiacus dux
 Anno . 809 .*